



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 84. Lotharingium a Synodi Legatione excludendi rationes ei a Gualterio expositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

§. LXXXIII.

Lotharingii postulatam de residentia decreto per Legatos proponendo.

*Pallav. c. 7.
num. 4.*

Infuper Lotharingius, ut decretum de residentia Patrum sententiis exponeretur, a Legatis petebat, subjungens, si id renuerent, se palam facturum, quod Synodus libera non esset. Perceptis hisce minis Legati pollicebantur, se Decretum proposituros, ita tamen, ut declararent, illud non a se, sed a Lotharingio fuisse confectum. Hac pollicitatione ille lætissimus, in eo Legatorum assensum illico Cæsareis aperuit: verum Imperatoris Legati, cum inde ingens inter Patres dissidium excitari intelligerent, ipsimet ceteris primi palam hæc declarabant: „nihil magis a Cæsaris animo „alienum est, quam ea exigere, vel pro- „ponere, quæ pacem turbare, ac sus- „fragiorum libertatem adimere possent, eadem quoque Oratores ipsimet significabant Lotharingio, qui Cæsareos a Gallorum partibus recessisse dolebat.

§. LXXXIV.

Lotharingium a Synodi Legatione excludendi rationes si a Gualterio expositæ.

Infuper Lotharingius in acres effundebatur querelas, eoquod in Synodi Lega-

Legatum non fuisset nominatus, indeque Cardinalitæ suæ dignitati, ac sui Principis honori injuriam fuisse illatam, parumque ejus obsequia Pontifici præstita fuisse repensa existimabat. Verum Gualterius intellectis Lotharingii querelis, illum adiit, eidem hæc exponens:
 „Dux, ni fallor, causæ Papam præpediebant, quo minus te in Synodi Legatum eligere potuerit: prima est, ne tibi noceret apud Reginam Franciæ Administratricem, quæ te ad Synodum miserat, ut illi duntaxat tanquam ipsius Minister, & Gallorum Præsum Ductor assisteres, non tamen ut Pontificis vices ageres: altera est, ne Papa se, & Apostolicam Sedem ampliori fructu privaret, quem ex Emimentia vestræ studio a se collectum iri sperabat, dum tu eam auctoritatem, fiduciamque apud Gallos, cunctosque Transalpinos tibi conserves, quam certe, si fuisses renunciatus Pontificis Minister, extemplo perdidisses. Verum Lotharingius his excusationibus, quas minus firmas reputavit, minime aquiescebat, sed immoderatus nunc in querelas, nunc in minas erumpere non desisteat: quamvis nunc non minus quam antea ejusmodi motus in irritum caderent.

L. 2

§. LXXXV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Pallav. l. 20.
c. 7. n. 5.